



# RATISPONA IN LIBERTATEM VINDI- CATA.

**V**lcerat arte sua, nostris erroribus, hostis,  
Et specie astatem totam lucratus amica  
Euderat ingentes non ullo Marte cohortes.  
Iam sociam duris relicta Silesia fatis  
Ne quiequam querebat opem, jam turpiter arces  
Tradi infauſta urbesq; suas lugebat iisdem,  
Queis erepta fuit. certū hoc ratus eſſe triumphum  
Inſultabat agris victor, variasque phalanges  
Ad Viadri crescentis aquas, Albinq; timentem,  
Ac non id meriti ducebat Saxonis arua.  
Cum pater omnipotens, hostis quem rarus adorat,  
Ac solum implorat supplex respública, mentis,  
Quas melior ratio justas arrexit in iras,  
Consilio ingentem jussit tentare salubri  
Danubium, & positas illic sibi subdere gentes.  
Vota placent, tuaque in dubiis notissima virtus,  
O patria vindex, timor, o Bernharde, matorum,  
Quem seruire negans dominos mens egit in hostes.  
Non